

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1003

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

parentele et consanguinitatis affinitas prefato persuasit antistiti, cum ceteris, quorum infinitus est numerus, nostrae manus dare fidelitati, ut deo preside concors populorum et principum nobis concederetur electio et hereditaria in regnum sine aliqua divisione successio. fecit itaque misericors deus pro voto nostro quod suum erat; diabolus autem nostram sitiens interturbare letitiam seminarium quoddam erroris invenit; sed gratias deo in ipso conatu prostratus et ut semper inefficax et confusus erubuit. nam quorundam tunc temporis dissidens a nostra subjectione collegium predictam venerandi presulis sedem hostiliter incurrens et in nostri nominis injuriam ea, quae in tota urbe et ecclesiis intus erant, spolia auferens nostri videbatur proventus desolari primitias. sed pia manus dei, quae numquam in se confidentes deserit, cito et cum pace bona talium rebellionem sedavit et nostrae dominationi fideliter subjugavit. ne igitur tanta urbs immo sanctae dei genitricis ecclesia, quia sua ex toto recipere non potuit, nostro non sublevaretur auxilio, communi tam episcoporum quam et principum nostrorum consilio et inprimis Herimanni ducis assensu<sup>1</sup> prenominate presuli Uuerinhario suisque in perpetuum successoribus in nostram et nostrorum precessorum sive successorum memoriam tradidimus et per hoc regale preceptum confirmavimus quandam abbatiam ancillarum dei intus in urbe Argentorato in honore sancti Stephani protomartyris Christi institutam cum omnibus eidem abbatae juste et legaliter pertinentibus in quibuscumque pagis, comitatibus et teritoriis, hoc est mobilibus et immobilibus, areis, aedificiis, servis et ancillis, terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, pascuis sive compascuis, vineis vel vinetis, silvis, forestis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redivisibus sive ceteris, quae quolibet modo rite vocari possunt, utensilibus et appendiciis eo tenore, quatinus prefatus episcopus Uuerinharius suique in perpetuum successores liberam de eadem abbata deinceps habeant potestatem absque omni personarum contradictione et molestatione, restituendi et in usus ecclesiae, quicquid inde sublatum erat, omnibus modis reformandi. et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hanc nostri precepti paginam post conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

: Signum domni Heinrici (M.) regis invictissimi :

: Egilbertus cancellarius vice Uuilligisi archicapellani recognovit :

Data 18 kalendas februarii anno dominicae incarnationis 1003, indictione 1, anno vero domni Heinrici regnantis 1. actum in Diedenhoua.

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 8 or. mb. c. bulla pend. delapsa. Es befindet sich zwar rechts von der Signumszeile ein nahezu kreisrundes Loch von etwa 4 Centim. Durchmesser<sup>2</sup>; aber*

<sup>1</sup> In der vita Heinrici II imper. des Utrechter Bischofs Adalbold heisst es von demselben: jussu et consultu regis dictae ecclesiae (Argentinensi) abbatiam sancti Stephani in recompensationem detrimenti a se illati tradidit. *Mon. Germ. SS. IV, 687. Thietmar chron. lib. V, aus dem Adalbold schöpft, sagt unbestimmt: excepto Argentinæ dampno, quod idem jussu et consilio regis de sua proprietate et abbatiam in eadem urbe sitam reparavit. Mon. Germ. SS. III, 797.*

<sup>2</sup> Die beiden bei Römer-Büchner Siegel deutsch. Kaiser und Könige S. 22 beschriebenen Siegel Heinrichs II haben 7 und 7 3/4 Centim. Durchmesser, nach neueren genaueren Messungen 74 mm. und 77 mm. K. Foltz Siegel deutscher Könige und Kaiser 911—1024 i. N. Archiv f. alt. d. Geschichtsk. III, 41 ff.

nirgends zeigen sich an dem Rande desselben auch nicht durch die leiseste Färbung des Pergaments Spuren eines aufgedruckten Siegels. Der untere Rand ist umgebogen und ist von 6 sich deckenden Presslöchern durchbohrt<sup>1</sup>. Der Vollziehungsstrich im Monogramm ist erkennbar.

5 Gedruckt darnach *Gallia christ. V instr. p. 466 nr. 10*; *Schöpflin Als. dipl. I, 145 nr. 182*; *Wüdtwein Nova subs. dipl. VI, 150 nr. 75*; *Grandidier Hist. d'Als. I p. j. p. 191 nr. 357*. — *Böhmer nr. 924*; *Stumpf nr. 1341*. Vergl. *Hirsch Jahrb. d. deutsch. Reichs u. Heinrich II, Bd. I, 230*.

51. *Bischof Wernher I von Straßburg beurkundet die ihm von König Heinrich II gemachte Schenkung der Frauenabtei St. Stephan daselbst und regelt deren rechtliche Stellung.* [Nach 1003 Januar 15].

: In nomine domini nostri Jesu Christi.: ego Werenherus<sup>a</sup> voluntate dei Argentine civitatis episcopus universis Christiani<sup>b</sup> nominis cultoribus tam magnis quam parvis ex clero et populo salutem in Christo Jesu. cum pro tempore, sub  
15 quo quisque in vinea domini id est ecclesia vivere et operari debeat, cuilibet vigilandum sit, ut anime sue prospiciat salutem, ego post innumeros sudores, quos pro fidelitate ecclesie, cui deo auctore presidere visus sum, et pro statu regni Francorum et domini mei regis Henrici dilectione<sup>c</sup>, inpetravi a prefato domino<sup>d</sup> rege gubernationem abbatie sancti Stephani prothomartyris in Argentina id est Strazburc  
20 civitate, que antea nullam de temporalibus prebuit vel debuit subjectionem, median- tibus hoc principibus Herimanno<sup>e</sup> duce, Ernesto palatino<sup>2</sup>, Berengere<sup>f</sup> defensore, presente Moguntino archiepiscopo Barto<sup>g</sup><sup>3</sup>, ea dumtaxat ratione, quatinus de facultatibus illius repararem episcopalem sedem, que cum edificis et officinis claustralibus destructa fuit per dissensionem quorundam principum electioni prefati regis  
25 repugnantium. postquam vero deus confirmavit ei<sup>h</sup> regnum illis subjugatis terraque siluit coram eo, cum accepissem ab eo prefatam abbatiam disponendam, inspecto dei timore, communicato consilio pertractavi computando omnes curias et possessiones a primo usque ad novissimum inspectis singulis ejusdem loci privilegiis et cartis et testamentis. inveni itaque in scriptis Adelberti ducis, qui locum fundavit, et in  
30 privilegio Childerici regis notatum infra ambitum veteris muri a media porta meridiana versus Bruscham cum ipsa aqua usque ad latam stratam, que ducit a porta magna occidentali usque ad portam juxta magnos et inquadros lapides muri<sup>4</sup>, cum omni suo jure et septis claustris et mansionibus quatuor canonicorum et emunitate<sup>i</sup>, cum muro et antemurali, suburbiis, vicis, aquis, piscacionibus et aque decursibus,  
35 pascuis, compascuis, silvis, pratis, portibus, utriusque litoris crepidinibus, insulis

a) C Werenherus. b) auf Rasur von gleicher Hand. c) das Verbum ausgefüllen. Grandidier ergänzt sustinui. d) C om. domino. e) C Hermanno. f) C Berengero. g) Barto mit schwärzerer Dinte nachträglich wie es scheint von anderer etwas späterer Hand eingefügt. h) C illi. i) B emunitate.

<sup>1</sup> Ueber diese Art der Besiegelung, die Bullirung s. K. Foltz a. a. O. S. 43 ff.

40 <sup>2</sup> Pfalzgraf von Schwaben, der erste der nachweisbar ist. Vergl. Waitz *D. Verfassungsg. VII, 169 not. 2*.

<sup>3</sup> Bardo Erzbischof von Mainz, 1031—1051.

<sup>4</sup> Diese topographischen Angaben erörtern Obrecht *Als. rer. prodrom. p. 200 ff.* und Silbermann *Localgesch. d. St. Straßb. S. 23—27*.

usque ad limites infimos terminorum ville noncupante Boteburn<sup>a</sup> et in nova trans-  
 positione Schiltenehein<sup>b</sup>, decimis, terminis, campis, quesitis et inquisitis, cum  
 omnibus usibus infra fluenta Reni usque ad confinia de allode comitis Hugonis  
 Ckoreka<sup>c</sup> noncupante et inde Ecchefrydeshein<sup>d</sup>, Hittendorf, Wolgangeshein<sup>e</sup>,  
 Rodeshen<sup>f</sup>, Mulenhusen<sup>g</sup>, Wulfricheshen<sup>h</sup>, Regenshen<sup>i</sup> cum omnibus eorum 5  
 allodum pertinenciis; in privilegio vero inperatoris Lotharii primi supradicta singula  
 rememorata et roborata, quin etiam ab eo data Lupoteshen, Lumereshen<sup>j</sup> ad lumina  
 concinnanda<sup>k</sup>, Wanga, Othenhen<sup>l</sup>, Nunnwilre, Gundeswilre, Wibeleshen<sup>m</sup>, Polsen-  
 hein<sup>n</sup>, Egeshen<sup>o</sup> ad<sup>p</sup> ceteros usus. Hirmingardis quoque imperatrix per manum  
 propriam et manum ejusdem inperatoris Lotharii dedit Mumzinga<sup>q</sup> cum sua impe- 10  
 riali integritate. quorum omnium jura et debita et quantitates, sicut nos invenimus,  
 in veredali carta describi jussimus et, ne in oblivionem fieret, vicedomino loci  
 Erboni canonico et Linsinde<sup>r</sup> secunde abbatisse commissimus. et in signum adeptę  
 subjectionis et sublementum despoliatę majoris domus transtulimus inde crucem  
 auream et argenteam et capsas duas cum reliquiis preter cetera utensilia. ne vero 15  
 tam antiqua et venerabilis congregatio de insolita subjectione intollerabilius con-  
 turbaretur, diligenti et pio studio statuimus<sup>s</sup> eam honorare cum omni communi-  
 one et paritate claustralis religionis et fraternę societatis ita dumtaxat, ut preter sub-  
 jectionem omnia jura sua illibata permaneant et abbatissa inter alias abbatissas in  
 conciliis episcopalibus mediam et oppositam sedem optineat et in obsequio alicujus 20  
 ejus sororis vel canonici omnes canonici civitatis ibidem conveniant et exsequias  
 devote peragant ipsique nobis vicissitudinem reddant similiter faciendo. sed quia  
 certas habent staciones, in sollempniis vocari nequeunt in augmentum chori, sed si  
 alio tempore vel necessitate, quod absit, vel caritate invitati venerint, quia de  
 secunda, ut prediximus, sede civitatis sunt, in sede oppositę mensę honorentur, 25  
 quoniam et nos pro necessitate reparandorum consultu tamen discreto inminuimus et  
 tamen describendo discrevimus cottidianam eorum prebendam, quę major ceteris  
 inveniebatur, et in quadam manuali cedula memorialiter conscribi fecimus non in  
 perpetuum sed ad presens negotium, donec facultas rediret reformandi in pristinum  
 plenitudinis statum. ne autem oblivio deleat vel posteritas in pejus vergat, hanc 30  
 paginam conscripsimus et sigillo nostro roboravimus presidente et annuente Lint-  
 sinda secunda abbatissa, Erbone canonico vicedomino et cetera congregatione,  
 Brunone majoris domus preposito, Erlone decano, Werenhero<sup>t</sup> cantore et custode,  
 Hezelone scolastico, presente toto conventu. complevimus autem hęc anno incar-  
 nationis domini 1005, indictione 2, epacta 26, concurrente 6 feliciter amen<sup>u</sup>. 35

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 9 or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso. Farbe und Beschaf-  
 fenheit des Pergaments sowie der gesamte Schriftcharacter von B sind in auffallender  
 Weise den nr. 25 und 28 ähnlich, so daß man fast versucht sein könnte, sie alle drei  
 einer Hand zuzuschreiben. Jedenfalls unterliegt es keinem Zweifel, daß alle drei Stücke  
 zu gleicher Zeit entstanden sind. Man fälschte wohl die Diplome Lothars und Ludwigs,* 40

- a) C Betebürn. b) C Schiltenehein. c) C Corke. d) C Ecchefirdeshen. e) C Wolgangeshein.  
 f) C Rodeshen. g) C Mulnhusen. h) C Wolfricheshen. i) C Regenshen. j) C Bomershen.  
 k) C concremanda. l) C Othenhen. m) C Wibelshen. n) C Bolsenshen. o) C Egishen.  
 p) C vel. q) C Muncingam. r) C Lintsinde. s) B statumus. t) C Werenhero. u) B Von 45  
 complevimus — amen von derselben Hand wie Barto geschrieben.